

Maturité gymnasiale 2017

## EXAMEN D'OPTION SPECIFIQUE LATIN

### Version latine

Durée : 3 heures  
Matériel à disposition : *Gaffiot de poche, dictionnaire latin-français ; Le Petit Robert, Dictionnaire de la langue française ; dossier de grammaire (exemplaire personnel de l'élève)*

### Plaidoyer pour le poète

*Le poète grec Archias est accusé à tort d'avoir usurpé le titre de citoyen romain (et donc les droits qui vont avec). Tout en plaidant sa cause devant les juges, Cicéron profite de l'occasion pour relever l'importance des poètes et encourager les Romains à accorder à l'homme de lettres une place dans leur cité.*

Quotiens ego hunc Archiam<sup>1</sup> vidi, iudices, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de iis ipsis rebus, quae tum agerentur,<sup>2</sup> dicere ex tempore<sup>3</sup> !

5 A summis hominibus eruditissimisque accepimus ceterarum rerum studia et doctrina et praeceptis<sup>4</sup> et arte constare<sup>5</sup> ; poetam natura ipsa valere, et mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu inflari<sup>6</sup>. Quare jure noster ille Ennius<sup>7</sup> sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati<sup>8</sup> nobis esse videantur. Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetae nomen, quod nulla umquam barbaria<sup>9</sup> violavit.

<sup>1</sup> Archias, ae, m. : Archias

<sup>2</sup> ago, is, ere, egi, actum : discuter

<sup>3</sup> ex tempore : en improvisant

<sup>4</sup> praeceptum, i, n. : leçon, règle

<sup>5</sup> consto, as, are, stiti : reposer sur, dépendre de (+ abl.)

<sup>6</sup> inflo, as, are, avi, atum : inspirer

<sup>7</sup> Ennius, ii, m. : Ennius (poète épique né en 239 av. J.-C., l'un des plus anciens auteurs latins connus)

<sup>8</sup> commendo, as, are, avi, atum : confier

<sup>9</sup> barbaria, ae, f. : barbarie, acte de barbarie

- 10                   Saxa voci respondent, bestiae saepe immanes<sup>10</sup> cantu flectuntur atque consistunt<sup>11</sup> : nos, instituti rebus optimis, non poetarum voce moveamur ? Homerum Colophonii<sup>12</sup> civem esse dicunt suum, Chii<sup>13</sup> suum vindicant, Salaminii<sup>14</sup> repetunt, Smyrnaei<sup>15</sup> vero suum esse confirmant (itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt), permulti alii praeterea pugnant inter se atque contendunt.
- 15                   Ergo illi alienum<sup>16</sup>, quia poeta fuit, post mortem etiam expetunt. Nos hunc vivum, qui et voluntate et legibus noster est, repudiabimus, praesertim cum omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam ? Nam et Cimbricas res<sup>17</sup> adulescens attigit, et ipsi C. Mario, qui durior ad haec studia videbatur, jucundus fuit. Mithridaticum<sup>18</sup> vero bellum, magnum atque
- 20                   difficile et terra marique versatum<sup>19</sup>, totum ab hoc expressum est : qui libri non modo L. Lucillum<sup>20</sup>, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrent !

Cicéron, *Pro Archia* 8-9 (passim)

<sup>10</sup> immanis, is, e : sauvage, monstrueux

<sup>11</sup> consisto, is, ere, stiti : s'arrêter, rester immobile (allusions aux effets du chant d'Orphée)

<sup>12</sup> Colophonii, orum, m. pl. : habitants de Colophon (ville grecque d'Ionie)

<sup>13</sup> Chii, orum, m. pl. : habitants de Chios (île grecque proche de Colophon et de Smyrne)

<sup>14</sup> Salaminii, orum, m. pl. : habitants de Salamine (île grecque proche de l'Attique)

<sup>15</sup> Smyrnaei, orum, m. pl. : habitants de Smyrne (ville grecque d'Ionie)

<sup>16</sup> alienus, i, m. : étranger

<sup>17</sup> Cimbricae res : la guerre contre les Cimbres (tribus germaniques repoussées par Marius à la fin du II<sup>e</sup> siècle av. J.-C.)

<sup>18</sup> Mithridaticus, a, um : contre Mithridate (roi du Pont, sur la mer Noire, et ennemi des Romains entre 100 et 63 av. J.-C., vaincu par Sylla, puis par Pompée)

<sup>19</sup> verso, as, are, avi, atum : mener, accomplir

<sup>20</sup> Lucillus, i, m. : Lucillus, général romain durant la guerre contre Mithridate